

doctissimi sunt sustinent penuriam. Et quoniam in persecutionibus non offert
 sacrificium et oblatio. Sed in animo contrito et spiritu humilitatis
 suscipiamur. Et ex presentia loco et ex eo quod sequitur. benedicite
 spiritus et animas iustorum. Et in psalmis. Sacrificium deo spiritus contri-
 bulatus. cor contritum et humiliatum non despicies. Sunt qui alium
 uelint esse spiritum in homine excepto spiritu sancto. et aliam animam. sed la-
 borandum erit eis quomodo absque carne et gratia spiritus sancti. duae substantiae
 et duo interiores homines in uno homine esse dicantur. Et cessabant
 qui miserant eos in ministerio regis succedere fornace napta et
 stippa. Et salustius scribit in historiis quod napta genus sit fo-
 mitis apud psalmistam quomaxime nutriantur incendia. Alii ossa
 oliuarum quae putantur cum amurca are facta naptam appellari
 putant. Unde et grece. per Lynx. drabeo quod dicitur. id est
 ignem nutriat. Angli autem domini descendit cum azaria et focus
 eius in fornace. et excussit flammam ignis de fornace. et fecit
 medium fornacis quasi uentum roris flantem. Et non tetigit eos
 omnino ignis neque contristauit. nec quicquam molestiae intulit.
 Oppressa perturbationibus anima. et uariis molestiis. occupata cum
 hominum despaerit auxilium. et tota ad dominum fuerit mente
 conuersa. descendit ad eam angelus domini. scilicet sermo diuinus.
 et excutit flammam. et uarias ardore. ut nequaquam ignita
 iacula in uicem cordis nostri archana penetrarent. nec illius fornace
 elaudamur. Benedicite sancti et humiles corde domino. humilitate
 cordis habere et presentis uersiculus docet. et illud quod in
 euangelio domini. Discite a me inquit quia mitis sum. et humilis cor-
 de. et inuenietis requiem animabus uestris. Cordis autem illa est
 quae in alio loco paupertas spiritus appellatur. ubi non erigamur super-
 bia. nec ficta gloriabundantia queramus. sed toto corde incline-
 mur. Benedicite omnia opera domini domino. Cuncta laudatione premissa
 quod omnis creatura debeat laudare dominum. in consequentibus
 per partes singulas exhortamur. angelos et caelos. aquas atque uir-
 tutes. solem et lunam. umbram et errorem. spiritum. ignem et aestum. fri-
 gus et aestas. et cetera quae longum est texere. ita ut fontes quoque
 et maria. et cetera. et uolucres bestiasque et pecora ad laudem domini
 prouocet et filios hominum. Et post omnium hominum genus iustitiam.
 et de ipso iustitiam sacerdotes et seruos domini. spiritus animasque iustorum

non
 N